Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



15

Et id quod apud heresem factum erat quod praecepere tds: Non
repelere. sed approbare cogeremur. Quod si in carne circū
cisi hominis non inuenirem locum ubi circumcisionem repelerē.
quia unum ē illud membrum. multo minus inuenitur locus
in uno corde ubi baptismum xpi repelatur. Ideo quid duplicare
baptismum uultis: necesse est omnino ut cor da duplicare quaeratis.
Clama ergo recte facere: si non rebaptizas; & non solum sine
trepidatione: sed etiam cum gaudio mihi inde rescribe. Nulla te
uorum conculcatione exterreant. Si enim hoc eis displicue
rit: non sunt digni quae habeant. si autem placuerit: credimus
de misericordia dni quia mentes sibi displicere. & conantes
placere numquam deserit: quod in te uos & nos ita opaxerit.
Neque propter honores nros. de quas arcuna periculosa praetio redditur:
miser plebes credentes in xpm. habeant in domibus suis commu
nes cibos: & mensam xpi communem habere non possint.
Non ne ingemescimus. quod uir & uxor ut fideliter coniungant cor
pora sua. iurant sibi plerumq: per xpm: & ipsius corpus xpi
diuersa communione dilaniant. Hoc tantum scandalū. tantus
diaboli triumphus. tanta pernicies animarum: si pestiam
modestia. & prudentia. & dilectionem quam debemus et qui
pro bis suum sanguinem fudit. ablata de medio in bis regio
nibus fuerit: qui se explicauerit bis. quam ubi palmam praeparauit dns. Ut ita ceteram membra sananda. quae per totam
africam tabe facta mirabiliter iacent: atque ficatur tam
mirabile medicinae documentum. Quam uereor. qnm cor
meum uidere non potes: Nec ubi cum insultatione potius quam
cum dilectione loquiuide ar. Sed ecce amplius quid facia
non inuenio: Nisi ut inspiciendum sermonem meum ubi offerre
animum dō. Tollamus de medio mania obiecta: quae apar
tibus imperitis iactari contra inuicem solent. Nec tu obicias